



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

RELATIO XI. DE MENSE MARTIO.

1626

Ad Mansfeldi quum quotidie consuunt novæ captæ: cui magnam pecuniarum vim suppeditarunt Anglus & Gallus. Designatus Rex Dania, Regis Filius, cum 3000. militibus & 600. curribus, quibus arma vehantur, expeditionem quandam moliri dicitur: quò ea instituta sit, nescitur.

RELATIO XI. DE MENSE MARTIO

Papa Romanus sub hujus mensis initium 8. tormenta bellica & multa mortaria ignis domo, aliâq. arma & tela, quæ talem Pastorem decent, in Veldilinium deportanda, Ferrariam misit. Cæsar, qui Cardinalem Clöselium Viennam deduceret, misit Romam legatum. Hispanus iussit Neapoli 14 Galeones parari, & 3000 soldarios cogi: mittendos in Hispaniam, cum sibi metuat ab Anglis & Hollandis.

Mediolanensis Gubernator Spinolam clanculum ablegavit in Italiam, ut pro Genuensibus colligat militem. Hi Saxonam misericè muniverunt, usq. ad 20. Italica miliaria. Et si Româ antea perscriptum fuit, pagos Helveticos tredecim concessisse Papa Veldelinum: Venetæ tamen litteræ contrarium affirmant, Captiones decrevisse, Veldelinum esse Rbetis antiquis suis Dominis restituendum: Regiq. Franciæ fidem dedisse, se nullum permissuros Germanis in Italiam aditum liberum. Sabaudi legiones 240. centurijs militum constare dicuntur. Babylonix à Persis succursum, Turcamq. in expugnatione Alberti castris 12000. perdidisse, coactumq. fuisse abire illinc, Constantinopoli perscriptum fuit Venetiis.

A. d. 4. Martij Cæsar Viennæ in domo Provinciali Statibus Austriæ proponere quid vellet, more solito curavit. Et Saxonia inferiori reversus Capitaneus Four subsidia flagitavit: ita negotij tum datum fuit Comiti Serinio. Svvartzburgensis

gensis Comes in Hispaniam ablegari debuit, ut nuptias conciliaret inter Regem Ungariae & Regis Hispaniae Filiam. Bethlo-mum pompa nuptialis finita conventum indixisse narrant: quae res moverit Caesarem, ut custodiret fines suos.

Pragâ cives Evangelici prohibiti sunt discedere, à Caesareis, id quod multum luctus querelarumq; excitavit. Cæsar constituerat 14 Martij Pragam venire, ut coronaretur Filius: & illinc Noribergam proficisci.

In Belgio Status suum interdictum, de non exportando in hostis territorium commeatu, fortiter exequuntur. Pseudensium enim octo vehicula esurialibus cibis Buscum Ducis deportandis anusta diripuerunt & publicarunt. Circa nonum Martij audita sunt Anglicae naves depraedari Dunkirkensios, idem facturum dictus est Admiralium Hollandorum, Comes de Nassovia, qui classem militarium navium 36 bene instructam paratamq; eodem tempore habuit. Regem Franciæ memorant monuisse Caesarem & Bavarum, ut Electori Friderico sua restituant, nisi faciant, se pro conjunctione, qua sibi cum Electorali Palatinatu cumq; alijs Principibus Germania intercedat, proq; officijs, sibi & regno suo ab illis prestitis, cogi, Electorem in sua, auxiliantibus ejusdem Propinquis, restituere. Bruxellis, dum ludii Troici celebrarentur precipuos belli Duces singulare quid conclusisse: sperariq; sponsalia Spinola, cum Ducis de Croye relicta vidua, Ducis Pomeraniae sorore. Regem Hispaniæ prohibuisse suis vel teruncium, si debeant, solvere Hollandis, nisi velint capite plecti etiam 20. annis hinc elapsis. In Hollandia famosum libellum, exiisse, quo p. d. Princeps, incomparabilis ille Mauritijs, pessimè sit denigratus, alijsq; Regentes illarum terrarum crudeliter sint proscissis. Barnfeldius autem in numerum Deorum relatus: cujus libelli auctor em, impressorè & publicatorem si quis indicaverit, cum 1000 florenis muneratum iri, ipsius Excellensiam, cum judicio ejus loci aulico publice significasse.